



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

I. Fides.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

*Affectus virtutum considerationibus
dictis indies subjungendi.*

I. FIDES.

Quis mihi det, ô Jesu amantissime, fide vivâ te suscipiam, firmissimè credam, & sanguinem pro hac veritate profundam; quòd, sicut propter nimiam charitatem quâ dilexisti nos, non reputas immensâ Majestate tuâ indignum, formam servi suscipere, materna viscera subire, postmodum in crucis stipite inter latrones animam exhalare, ut nos redimeres; quoque non dedignatus sis, formam carnis assumere; ad nos pauperculos Fratres tuos descendere, interiora nostra penetrare, esurientesque pascere, ut donis tuis celestibus nos repleres. Ah! credo, spero amo te Deus meus: Desidero te mihi Jesu, quando venies? ut fidem meam robores?

II. HUMILITAS.

Quis mihi det, ô Jesu humillime, cum omnium Sanctorum humilitate, ad hoc Sacramentum & sacrificium tremendum accedere? sed quâ fronte audeo propinquare ad te, Fratrem excellenti